Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



renuntiare cupit nec permittitur quidam xpm non sequens in xpi nomine uirtutes operetur & non phiberi iubetur sed in his singulis illud nobis apostolus dicendum ó altitudo diuitiarum sapientie & scientie dei quam inconprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uie eius. & cum sanctus helie homo uidet eaquae parent. dns autem intuetur cor.

Et ait illi ihs uulpes foueas habent & uolucres caeli nidos filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

Ex dni uerbis ostenditur hunc quid obsequium permittat obhoc sepe diatum qd signorum uidens magnitudinem sequi uoluerit saluatorem. ut lucre exoperum miraculis quae rere. Hoc idem desiderans quod & simon magus apostolo emere uoluerat. Talis ergo fides iuste sententia dni contemnatur & dicitur ei. Quid me ppter diuitias & secli lucre cupis sequi cum tante sim pauperatis ut nec hospiciolum quidem habeam & non meo utar tecto. Nec intellegitur miraculis dni commotus ppter inanem iactantiam eum sequi uoluisse quam significant aues fixisse aut discipuli obsequium quae fiducio uulpium nomine significata. Reclinatione uero capitis humilitatem suam significa uit quae in illo simulatore a superbo non habebat locum.

Ait autem ad alterum sequere me. Ille autem dixit. dne permitte me primum ire & sepelire patrem meum.

Non discipulatum respuit sed explet a primum patri funeris pietate liberi qhunc ad sequi desideret dignus per omnia in quo filius hominis caput reclinet. hoc est in cuius humili pectore diuinitas familiari quadam mansione quiescat.

Dixit que ei ihs. sine ut mortui sepeliant mortuos suos. tua autem uade adnuntia regnum dei.

Notandum in hac sententia quam aliquando in actionibus nris minora bona permitten da sunt pro ualitate maiorum. Nam quis ignorat ee bonum operis meritum mortuum sepelire & tamen ei qui ad sepeliendum patrem sedi mitta poposcerat dictum est. sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Tua autem uade adnuntia regnum dei. post ponendum namq: erat obsequium huius ministerii officio pdicationis qd illo carne mortuos inter ne conderet. Isto autem animam mortuos adulta resuscitare. Quomodo autem mortui mortuos suos sepelire queunt. nisi geminam intellegas mortem unam naturae alteram culpae. Unam qua anima a carne. alteram qua ds separatur ab anima sicut mortuos non credentes dicit. mos tuos suos autem qui nihilominus sine fide de corpore exirent.

Et ait alter. sequar te dne. sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt.

Si secutus ds dnm discipulus qui uel hoc domi renuntiare uelit arguitur. quid si illius qui nulla ualitate nulla fidei aedificande gratia sepius suorum quos in mundo